



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1738. usque ad annum 1740

Fleury, Claude

Augustæ Vindelicorum, 1786

VD18 90119355

§. 49. Cardinales pro eligendo novo Pontifice Conclave ingressi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67878](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67878)

pus ejus ex Palatio Quirinali ad Vaticanam Basilicam noctu diei sequentis post obitum maxima populi frequentia, ac bonorum omnium lugubri silentio intimum dolorem testante translatum est. Tertio demum Novemdialium exequiarum die Æneas Sylvius Piccolamineus eximius plane Præsul ac Orator de laudibus summi hujus Pontificis perelegantem habuit sermonem: demum die decima septima Februarii in eadem Basilica ejus cadaver interim humatum fuit, postea (ut ipse præscripserat) ad Lateranensem transferendum, eo fine, ut in magnifico Sacello a se constructo sub porphyretico Mausoleo, quod sibi vivens mortalitatis memor exstruxerat, conderetur.

Sæc. XVIII.
A. C. 1740.

§. XLIX.

Cardinales pro eligendo novo Pontifice conclave ingressi.

Absolutis pro more Exequiis die decima octava Februarii ex sexaginta octo Cardinalibus triginta quatuor tum Romæ præsentibus more consueto ad Vaticanam Basilicam convenere, ubi de eligendo tali Pontifice, qui S. Scripturæ & SS. Patrum studio, prudentia, eruditione, morumque integritate emineret, perdoctum sermonem Josephus

Ss 4

phus

Sæc. XVIII. plus Simonius Alsemannius utriusque
 A. C. 1740. Signatoræ Referendarius, Prælatu
 Domesticus, præfatæ Basilicæ Cano
 nicus, & Vaticanæ Bibliothecæ Præ
 fectus habuit; quo absoluto, & re Di
 vina de Spiritu Sancto peracta, Cardi
 nales de literis Cardinalis Cosciæ in
 arce S. Angeli adhuc detenti delibera
 runt. Hic enim, cum a defuncto Papa
 tam *activo*, quam *passivo*, ut vocant,
 suffragio privatus fuisset, ab electionis
 jure se exclusum vehementer indigna
 tus, jam die sexta Februarii ad Petrum
 Cardinalem Ottobonum S. Collegii De
 canum sequentes dedit literas.

Reverendissime Domine!

„Præmissa mei commendatione, ac
 „humillimo obsequio ad comprobatum
 „æquitatis studium & Eminentie ve
 „stræ religionem confugere præsumo,
 „perdemisse supplicans, ut annuam
 „legitimam meam protestationem be
 „nigno oculo aspicere, suumque eidem
 „patrocinium in mei levamen impen
 „dere velit. Hoc in studio Eminentia
 „vestra Prædecessorum nostrorum exem
 „pla in ejusmodi casibus nobis relicta
 „imitabitur, queis Matris nostræ sanctæ
 „Ecclesiæ honorem conservare, & schis
 „mata, quæ Sponsæ Christi Domini
 „uni-

„unitatem proscindere meditabantur, Sæc. XVIII.
 „evertere conati sunt. Taceo, quam A. C. 1740.
 „caute ac provide Sacrum Collegium
 „Sede Vacante circa Moronum & Del-
 „phinium Cardinales, quamvis eorum
 „caussa longe a mea distet, egerit, &
 „ne Ecclesiæ pax in novi Pontificis e-
 „lectione interturbaretur, præpedierit:
 „Refero duntaxat ea, quæ post Adria-
 „ni VI. obitum gesta fuere; Cardinales
 „enim mox cognito illius decessu Car-
 „dinalem Sonderinium ex arce S. An-
 „geli, ubi ob læsæ Majestatis scelus
 „hærebat, liberare decreverunt, & in-
 „superhabitis Pontificum Bullis, quæ
 „in Ecclesiæ utilitatem intellectæ nun-
 „quam male intelliguntur, ex Collegio
 „tres Purpuratos ad arcem ablegarunt,
 „eumque ad conclave adduci curarunt. „

„Nunc transeo ad meam protesta-
 „tionem, quæ talis est. „

„Nicolaus Coscia S. R. E. Presbyter,
 „Cardinalis coram Reverendissimis Car-
 „dinalibus in generali Congregatione
 „Sede vacante legitime congregatis in
 „omni submissione comparet, & hu-
 „milime exponit, quod septem abhinc
 „annis sine culpa in arce S. Angeli ca-
 „ptivus hæreat, vi cujus sententiæ die
 „sexta Maij Anno 1733. pronuntiatae,
 „quæ ex pluribus juris & facti vitüs
 „nulla est, & recognito processu pro
 „nulla

Sæc. XVIII.

A. C. 1740.

„nulli fuisset habita, si Deus iustitiam
 „Doctorem dedisset. Inter alias eidem
 „denuntiatis poenas suffragio in comitiis
 „privatus fuit sine ulla causa & præ-
 „cipue sine ulla publicata causa, quæ
 „tamen juxta Doctores, & ipsam Pon-
 „tificii Advocati Fiscalis mentem una-
 „cum Manfredo Cardinale *tract. de Card.*
 „c. 34. sententiam præcedere deberet
 „eoquod plura mala ex unico injure
 „vel neglecto vel excluso suffragio toti
 „Ecclesiæ imminere possent. Quanti
 „momenti ea res sit, elucet ex frequen-
 „tia Constitutionum pro bono Ecclesiæ
 „& conservanda unitate & pace a Ze-
 „lissimis juxta ac doctissimis Pontifici-
 „bus editarum, magis tamen adhuc
 „apparet ex eo quod nec excommu-
 „nicati nec de hæresi suspecti comitiis
 „sacris interessendi jure privati sint,
 „uti docet *Manfred. decis. 302. Gundif.*
 „*de Pat. Eccl. Num. 25.* Hæc doctrina
 „partim in natura Primatus Petri, par-
 „tim in Electione Successorum, quæ
 „utraque, cum ex institutione sua sit
 „juris Divini, media ad eam, scilicet
 „eligentium prærogativæ etiam juris
 „divini esse debent, ut inter finem &
 „media sit proportio. Aliam adhuc
 „rationem adducunt Doctores, scilicet,
 „quia si tales jure suffragii privati pos-
 „sent, facile ambitiosus Papa sibi pro-
 „libitu

„libitu suo Successorem denominare, Sæc. XVIII.
 „& hac via Christi Domini Sacerdo- A. C. 1740.
 „tium hæreditarium reddere posset.
 „Referunt nonnulli, p. m. Clementem
 „Papam postea per diploma suo sigillo
 „firmatum revocasse sententiam, qua
 „me voce activa & passiva privavit, Ut
 „ut de hoc sit, Orator Cardinales do-
 „ctissimos suos Collegas obtestatur, ut
 „si tale diploma reipsa exstat, serio per-
 „pendere velint, an illud acceptare
 „expediat, & non potius deceat, illud
 „ceu superfluum, & toti S. Collegio
 „noxium & ex allatis rationibus præ-
 „judiciosum rejicere, cum Cardinales
 „suam auctoritatem ab ipsomet Deo ac-
 „ceperint. *Barbos. de pot. Card. q. 1.*
 „*n. 29. Card. Alb. quæst. XI. n. 26. ac*
 „*alii*, & cum ille, qui privat, eandem
 „potestatem habeat quam ille, qui in-
 „stituit, hinc homo sine causa illum
 „privare nequit, quem Deus instituit,
 „proin restitutio locum habere nequit,
 „ubi nulla datur privatio. Censent alii,
 „per hoc diploma Oratori duntaxat vo-
 „cem activam restitui, qui sane error
 „foret pejor priori; si enim uni demitur
 „vox passiva, adimitur eo ipso omnibus
 „aliis vox activa. Dicit insuper potest,
 „cum Pontificatum supremum a Deo
 „esse, sanæ theologiæ doctrina sit, hac
 „privatione libertatem Spiritus sancti,
 „qui

Sæc. XVIII., qui ubi vult, spirat, lædi, & infre-
 A. C. 1740 „tabilibus Divinæ providentiæ vi-
 „ac consiliis limites præscribi: Ea
 „propter Orator ad proximum con-
 „clave unacum omnibus vi Constitu-
 „tionum Apostolicarum, S. Canonum,
 „& consuetudinum Purpuræ anne-
 „xis honoribus, privilegiis ac præ-
 „rogativis admitti, efflictim ac decen-
 „ter supplicat, ut integro plene li-
 „bertatis jure tam ad Canonicam novi
 „Pontificis electionem, suo suffragio
 „concurrere possit, quam ut utriusque
 „vocis capax declaretur. Secus omni-
 „qua potest, forma ac solemnitate pro-
 „testatur contra omnia, quæ in hoc
 „casu sub legitima protestatione com-
 „prehendi possunt.,

„Hæc sunt, quæ ad meæ & nostrum
 „omnium dignitatis securitatem tuen-
 „dam, & ad tutas servandas Purpuræ
 „prærogativas jura & libertates Re-
 „verendissimis Cardinalibus in proxima
 „Congregatione proponi ac significari
 „rogo: Agitur de causa communi,
 „& quod omnes & singulos tangit, de
 „cetero malui familiari stylo, quam stre-
 „pitu forensi, aliisque formalitatibus
 „in jure concessis uti, ne Ecclesiæ res
 „ad laicorum manus deveniant: volo
 „tamen, ut hæc eandem vim habeant.
 „acsi

„acsi in Curia pertractata fuissent. Tuo Sæc. XVIII.
„igitur potenti patrocínio fretus, sacra- A.C. 1740.
„tas deoscular manus.

Ex Arce S. Angeli

6. Febr. 1740.

*Humillimus ac devotissimus
Servus.*

NICOLAUS COSCIA

Cardinalis.

S. L.

Præliminaria ad Scrutationes.

His literis permoti Cardinales Cosciam ad S. Comitiam admittere decreverunt, eumque in finem Ottobonus ad eundem epistolam misit, qua illum adjectis tamen certis conditionibus, ad Conclave perhumaniter invitavit. Cum ergo Coscia sese in suo responso obsequiosissimum Ecclesiæ Filium profiteretur, die decima quarta ejusdem Mensis ex arce dimissus, quinto post die ad vesperam solemnè pompa ad Conclave deductus est. Paulopost ipsemet Ottobonus in tam gravem incidit morbum, ut die vigesima quarta ejusdem Mensis in conclavi decederet: Hunc Fran-